
J. Deutschmann
(O. C. Fasterupius.)
Communio privata
ex 1. Cor. XI. v. 20-22.
Witteb. 1694.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

1,- 283.
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4º
1 1 01 0 4 01482 0
+ REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

IN NOMINE JESU!

ΔΕΙΠΝΟΝ ΙΔΙΟΝ CORINTHIORUM,

SIVE

COMMUNIONEM PRIVATAM,

EX I. CORINTH. XI. v. 20. 21. 22.

DISPUTATIONE PUBLICA REPETITAM ET EXPOSITAM,

SUB PRÆSIDIO

Summè Reverendi, Magnifici, Ampliſſimi atq; Excellentiſſimi,

DOMINI

JOHAN. DEUTSHMANNI,

S.S. Theol. Doct. & Profeſſoris Primarii, Facultatis Theolog. Senioris Venerandi, & Templi ad Arcem Præpoſiti, Alumnorum Electoralium Ephori graviſſimi,

Patroni, ac Præceptoris mei ætatèm devenorandi,

In Auditorio Majori

Ad Diem 3. *Maj. Ao.* 1694.

Publicæ diſqviſitioni

ſubmittet

OLAUS CHRISTOPHORI FASTERUPIUS,

Norvvega Bergenſis,

Electoral. Saxon. Alumn.

S.S. Theol. & Phil. Stud.

WITTEBERGÆ,

Prælo JOHANNIS HAKII.

414

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

VIRO

Summè Reverendo, Magnifico, Ampliſſimo, atq́; Excellentiſſimo,

DOMINO NICOLAO RANDOLFFIO,

S.S. Theologiæ Doctori Celeberrimo, & Epiſcopatus Bergenſis Superattendenti Spectatiſſimo, Vigilantiſſimo &c.

Domino Patrono, Mæcenati, & ſalutis ſuæ Promotori, æternâ deveneratione obſeqviosè colendo,

Hos Academicorum ſtudiorum fructus, cum voto omnigenæ proſperitatis, & Longævitatis conſecrat, atqve offert.

Olaus Chriſtophori Faſterupius,
Norvvega Bergenſis
S.S. Theol. & Phil. Cultor.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

IN NOMINE JESU!

DISPUTATIO THEOLOGICA

Δεῖπνον Corinthiorum ἴδιον,

hoc eſt,

Propriam & Privatam Corinthiorum Nonnullorum Cœnam.

Ex I.Cor.XI.20.21.22. breviter exponens.

M*Agnum Cœna Domini Myſterium*, *majus* etiam in ea *divini favoris artificium*, & *maximum* in eadem *ſalutis beneficium*. *Magnum* latet in ea *Myſterium*, qvod ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν poſitum. *Magnum* certè *Myſterium* eſt, dum in *pane* naturali Chriſti *Corpus*, in naturali *Vino* precioſiſſimus Chriſti *Sangvis* invenitur. *Majus* certè, vereq́; divinum *Cœnæ* dicendum *Artificium*, qvod ſub his viliſſimis *creaturis*, ſub contemtis mundi *ſymbolis*, ſub terreſtribus his *organis*, cœlo, terraq́ve precioſior *Theſaurus*, Ipſe *Chriſtus* nobis miſeris mortalibus communicatur, & *Cœleſtis terreſtribus*, *Maximus minimis*, *Glorioſus miſeris*, *Sanctus Sanctorum corruptis peccatoribus* incorporatur. *Maximum* deniqve *beneficium* id nobis eſt, qvod *Domini Cœna* noſtræ *ſalutis Cœna*, dum, juxta *Verba Inſtitutionis*, nobis in *remiſſionem peccatorum* diſpenſatur. Jam, *Catecheſi* minori Interprete, *ubi remiſſio peccatorum eſt, ibi vita, ſalus, & juſtitia.* Cœna Viatoribus *ſalutis pabulum*, *ſalutis pharmacum*; *pabulum* ad confortandum, *pharmacum* ad ſanandum. Confortat *fidem*, & interiorem *Hominem*, ſanat *morbos & vulnera peccatorum*, qvoad *Veterem Hominem*. Cœna *Moribundis* ſalutis *viaticum*, & *immortalitatis* depoſitum. *Anima*, per hoc *viaticum*, in tranſitu per *vallem mortis* ad æternæ *vitæ montem*, in *via* non deficit, *corpusq́; mortuum*, per hoc *immortalitatis pignus*, atqve

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

depoſitum in morte manere neſcit. *Cœnam* hanc percontari, meditari, contemplari, *Chriſtianorum* omnium, multò magis *Theologorum* eſt; percontari juxta Verbum dicitur *animi*, meditari *fidei*, contemplari *ſpiritualis Chriſtiani*. Percontemur igitur debito ſcrutinio *Cœnam* ita, ſecundum indubitatum *Dei Verbum*, ut omne *veritatis oppoſitum Hæreticorum* fugiamus, & omnem *Hypocritarum*, vel *Pſeudo-Chriſtianorum abuſum* abjiciamus. *Cœna Domini* nec cum *Hæreticorum falſitate*, nec cum *abuſus Pſeudo-Chriſtianorum impietate*, conſiſtere poteſt. Non deerant *Pauli* temporibus inter *Corinthios Hæretici*, nec deficiebant *Pſeudo-Chriſtiani*. Temporibus etiam noſtris nullum eorum genus proh dolor! deficit. Oppugnant, *Eccleſiam*; & ſacroſanctam ejus *Cœnam*, *Hæretici* variis erroribus ab extra, deformant, & enervant utramqve *Pſeudo-Chriſtiani* ſuis *abuſibus* ab intra; ſic igitur Eccleſia miſera ſuas *eclipſes*, & *peſtes*, ubiqve locorum patitur. Nos in præſenti Δεῖπνον ἴδιον Corinthiorum, de qvo graviter Apoſtolus, vel ipſe *Spiritus Sanctus*, conqveritur, *Diſputatione* qvadam *Theologica* contemplabimur. Faxit Deus, ut hos, & alios abuſus rectè cognoſcamus, eos cane pejus, & angve ſemper fugiamus, ac omnes Abuſus hujus theſauri cœleſtis abjiciamus!

ORACULUM I. Corinth. XI. 20. 21. 22.

Textus Græcus verſ. 20. Συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν, καὶ πίνειν; ἢ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τί ὑμῖν εἴπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.

Latinus Vulgatus: *Convenientibus vobis in unum, jam non eſt Dominicam cœnam manducare. Unusqvisqve enim Cœnam ſuam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunqvid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qvi non habent? Qvid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.*

B. Lutheri Verſio: Wenn ihr zuſammen kommt / ſo hält man da nicht des HErrn Nachtmahl / denn ſo man das Abendmahl halten ſol / nimmt einjeglicher ſein eigenes vorhin / und einer iſt hungrig / der ander iſt truncken. Habt ihr aber nicht Häuſer / da ihr eſſen

und

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

und trincken möget? Oder verachtet ihr die Gemeine Gottes / und beſchämet die/ſo da nichts haben? Was ſol ich euch ſagen? ſol ich euch loben? hierinnen lobe ich euch nicht.

1. *Undecimum prioris* ad *Corinthios Caput*, ratione *Cœnæ Dominicæ*, verè notabile caput eſt (1) *quia propria* qvaſi *Cœnæ*, vel doctrinæ de hoc myſterio, *ſedes* eſt. Cum nullum in ſcriptura *Caput* inveniatur, in qvo tam *plane*, tam *plene*, tam *prolixe*, Spiritus ſanctus doctrinam hanc exponat. (2.) *Qvia Paulus*, occaſione varia data, ſemel pro ſemper hoc myſterium, qvod olim *pomum Eridos* futurum erat, ex profeſſo proponere, verumq; Promtuarium, ex qvo Veritatis qvæſtiones explicari, vel demonſtrari, *Controverſiarum* autem *deciſiones*, ad *Veritatis* Chriſtianæ *defenſionem*, allegari poſſent. (3.) *Qvia* hoc in capite non ſolum *primum Cœnæ fundamentum*, *Verba* nimirum *Inſtitutionis*, ſed etiam *adæqvatum doctrinæ* totius *argumentum*, & *invictum* adverſus *contradicentes*, & *abutentes*, *munimentum*, ſatis convenienter conjungitur, omnisqve doctrina perfectè proponitur.

2. Nos ex omnibus *ſpecialibus Objectis* nunc Δεῖπνον *Corinthiorum ἴδιον* eligimus, illudqve brevi *Diſqviſitioni Theologiæ* ſubjicimus. Ut autem *εὐμεθόδως* procedamus, primum *Nomen*, deinde *Rem* ipſam paulo plenius explicabimus.

3. *Objectum præſentis Diſputationis* à *Paulo* dicitur ἴδιον δεῖπνον *Corinthiorum* : Nomen ſatis accuratum: Dicitur enim (1.) δεῖπνον, ratione *materialis*, qvia τὸ δεῖπνον commune qvid inferebat, juxta textum ipſum, dum competebat & *Cœnæ Dominicæ*, qvæ v. 20. δεῖπνον Κυριακὸν appellatur, & *abuſivæ Cœnæ Corinthiacæ*, qvæ v. 21. δεῖπνον ἴδιον nuncupatur: & de *humanis* qvoqve δείπνοις, vel *conviviis*, uſurpatur, utpote *Phariſæorum Matth. XXIII. 6. Marc. VI. 21. &c: jam qvod multis commune* dicitur, illud *materiale* Metaphyſicis vocatur. (2) ἴδιον δεῖπνον, ratione *formalis*, qvia τὸ ἴδιον ſenſu *Paulino* non convenit, nec convenire poteſt, Cœnæ Dominicæ. Dicitur enim h. l. δεῖπνον ἴδιον (I.) non *ſenſu generali*, ratione *Chriſti*, vel ejus *inſtitutionis*, qvatenus *Chriſtus* ſolis Chriſtianis *Sacram Cœnam* ordinavit, iisqve cœnam hanc, ut propriam, deſtinavit, ita qvidem, ut nulli *Turcarum*, *Judæorum*, vel etiam *Paganorum*, vel alii extra veram *Eccleſiam* viventes, ex eadem participare qveant; neqve de jure *Pſeudo-Chriſtiani*, vel alii *hypocritæ* increduli, communicare debe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

ant. (2.) Nec *ſenſu caſuali*, vel *accidentali*, qvando nimirum *ægrotis*, & aliis, ad hoc Sacramentum accedere prorſus non valentibus, in *caſu neceſſitatis extremæ*, δεῖπνον ἴδιον, inſtituitur vel ipſum verum *Sacramentum* porrigitur. (3.) nec *ſenſu individuali*, ratione *perſonæ cujuslibet* in *individuo*, qva ratione quilibet Chriſtianus ſibi *propriam Cœnam* ſumit, eamqve per fidem ſibi *propriam* facit, & per fidem propriam unum fit cum Chriſto, cunctaqve legata Cœnæ, vel etiam mortis Chriſti ſalutaris, ſibi firmiter appropriat, qvod qvisqve ſibi δεῖπνον ἴδιον appellare poteſt. (4.) Nec *ſenſu Papali*, ſicut vel *Sacrificulus* ſibi *Cœnam*, vel potius *Miſſam*, *propriã*, facit, aut in *privatis Miſſis* ad *caſus qvoslibet*, *cœna* tanqvam *propria*, per turpiſſimum *abuſum* accommodatur. (5.) Sed *Senſu* potius irregulari dicitur ἴδιον δεῖπνον, qvando præter *Inſtitutionem Dominicam*, præter *conſvetudinem Apoſtolicam*, præter *laudabilem* τάξιν & πρᾶξιν *Eccleſiaſticam*, nonnulli *Corinthiorum Cœnam Dominicam* aliis *Conviviis* propriis corrumpebant, de ſuis *Agapis* largius juſto comedebant, & ad *ebrietatem* usqve bibebant, *pauperes contra Chriſtianam charitatem*, & *Cœnæ Dominicæ naturam*, vel *qvidditatem*, & *qvalitatem* turpiter excludebant, & ſic qvamplurimos circa *Cœnam Dominicam abuſus* introducebant, & adhibebant.

4. *Rem ipſam* qvod concernit, multis modis hoc ἴδιον δεῖπνον conſiderare poſſemus I. *More Thetico*. Sic enim *Paulus* proponit (I.) *Theſeos Hypotheſin*, qvod *Conventibus Eccleſiaſticis* ſit opus, & maximè conveniat, in iis *Cœnam Dominicam* celebrare, tanqvam δεῖπνον κοινὸν, & male δεῖπνον ἴδιον in Ecclesia per *Abuſum* inſtituatur, atque pro *cœna Chriſtianorum communi* cœna quædam *propria* ſuſcipiatur. (II.) *Theſeos* διήγησιν, qvæ *negative* per *Apoſtolum* introducitur, qvod ἴδιον δεῖπνον, vel *Propria cœna non ſit Dominicam Cœnam manducare*, cum *cœna* ſit *Bonum Eccleſiæ*, non *unius*, vel *alterius perſonæ*, ſit *publica*, non *privata*, ſit *integrorum conventuum*, non autem *privatarum domorum*. (III.) *Theſeos Ecthesin*, *tum* ratione *principii*, qvod ἴδιον δεῖπνον ſit non *Domini*, ſed *hominis privati*, dum *unusqvisque* talem adornare contendit. *Tum* ratione *objecti*, qvod non ſit δεῖπνον κυριακόν, ſed ἴδιον, non *divinæ autoritatis*, ſed *humanæ poteſtatis*, non *principalis præcepti*, vel *inſtitutionis*, ſed *perſonalis arbitrii*, vel *electionis*, non *Eccleſiaſticæ*, vel *univerſalis obſervationis*, ſed

priva-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

privatæ, vel *individualis adornationis* &c: *tum* ratione *modi*, qv.
conſiſtit *à priori*, juxta textum, *in præſumendo*, qvia tales non ex-
pectabant *integrum* Eccleſiæ *conventum*, nec ſpectabant præſentes
pauperes Fratres, ut aliqvam eorum rationem habere, vel etiam
cum illis communicare, vel, juxta rationem *Epuli charitatis*, tan-
qvam *fratribus*, iis benefacere voluiſſent: *à formali* conſiſtit ἐν τῷ
Φαγεῖν, qvod h.l. tum τὸ *manducare*, tum τὸ *bibere* comprehen-
dit, adeoq; totum δεῖπνον, totam *cænam* includit, qvia mox, *aliorum*
reſpectu, mentionem *eſuriei*, reſpectu *ſubjectorum* convivantium,
qvoad δεῖπνον ἴδιον, *inebriationis* facit: *à poſteriori formale* notat
Paulus in eo, qvod per ἴδιον δεῖπνον alius *careat*, alius ſe *repleat*, alius
eſuriat, alius ſe totum ad ebrietatem usq; *compleat*. (IV) *Theſeos An-
tithesin*, qvia refutat variis *argumentis* hoc δεῖπνον ἴδιον: *primum ar-
gumentum* introducitur ratione *proprii ſubjecti*, qvia δεῖπνον ἴδιον
eſt ἰδίȣ τόπȣ, *propria* cæna *propriam* domum reqvirit, *propriæ
domui* tantum convenit: *Nunqvid*, ait Paulus, *non habetis domos
ad manducandum & bibendum?* *Secundum argumentum* adducitur
ratione *Eccleſiæ Dei*, dum pergit Apoſtolus: *aut Eccleſiam DEI con-
temnitis*, dum vid. in eadem δεῖπνον ἴδιον inſtituitis, ſacros conven-
tus polluitis, ipſam *Cœnam Dominicam* ad varios abuſus trahitis, &
ſic nihil aliud facitis, qvam *Eccleſiam DEI* variis modis *contemnitis*.
Tertium argumentum producitur ratione *ſpiritualis contubernii*,
qvando dicit: & *confunditis eos, qvi non habent*, nim. veſtros ſpiri-
tuales *fratres*, qvi vobiſcum habent *unum Patrem*, *Deum*, *unum*
communem *Fratrem*, *Chriſtum*, *unum communem Spiritum*, vid. i-
pſum *Spiritum Sanctum*, *unum* commune *medium*, id eſt *verbum*,
unum commune, vereqve principale *convivium*, *Cœnam Dominicam*,
qvæ precioſiſſima *manducationis*, & *bibitionis*, fercula, nim. pretioſiſ-
ſimum *Chriſti Corpus* ad manducandum, precioſiſſimum *Chriſti ſan-
gvinem* ad bibendum, exhibet, reſpectu qvorum omnia reliqva con-
vivia vel parum, vel nihil æſtimanda veniunt: *Unam* communem
Matrem nim. *Eccleſiam*, unum *commune vinculum*, qvod eſt *Chri-
ſtiana Charitas*, qvæ certe cum *ſpe*, vel etiam *fide*. neq; ſolet, neq;
debet confundi: malè proinde *Corinthii* faciebant, qvi *pauperes*, &
non habentes, ſuis *conviviis lautis*, iisq; *propriis*, ob indigentiam
eorum *confundebant*, & in *contemtum* coram omnibus conjicie-
bant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

bant. *Qvartum*, &| *poſtremum argumentum* affertur ratione *Paulini Miniſterii: Qvid dicam Vobis? Laudem vos? in hoc non laudo*, q.d. libenter eqvidem vos laudare vellem, tanqvam meos *filios*, *diſcipulos*, *auditores*, & *fratres*, ſed hoc facere non *poſſum*, cum alias de *peccatis*, & *abuſibus* veſtris participarem: nec etiam *debeo*, qvia peccarem in *Dominum*, in *Dominicam Cænam*, in *Eccleſiam*, in *pauperes fratres* &c: nec etiam *volo*, ne vobismetipſis obeſſe videar, qvia vos ſic in erroribus, & *abuſibus*, confirmarem, & contra ſanctiſſimum & Apoſtolicum meum *Miniſterium* vos indurarem, & meis *laudibus intempeſtivis* vos ad plura, & majora peccata declinarem.

5. II. *More Didactico*, per *Cauſas*, cum omnes *cauſas*, in *Apoſtolico* textu notatas videamus. (I) *Cauſam Materialem*, qvæ dicitur, partim *Subjectum*, tum *totale*, qvod eſt *Eccleſia*, vel *Eccleſiaſticus conventus*, in qvo dicitur *Cœna Dominica* celebranda: *tum partiale*, vel *individuale*, qvod ſunt *Corinthii*, qvoad *conventum* conſiderati, vel etiam qvilibet in *individuo*, qvi tanqvam *Conviva Sacramentalis Cœnam Dominicam* celebrare conſtituit, & in *Eccleſiaſtico Conventu* propterea comparuit. *Partim Objectum* qvod eſt Ipſa *Cœna Dominica*, vel potius h l. *Non Cœna Dominica*, cum ſit ἴδιον δεῖπνον, *Propria Cœna*, ſicut *Paulus*, inqvit: *Jam hoc NON eſt Dominicam Cœnam manducare.*

6. (II) *Cauſum Formalem*, qvæ partim *Generaliter* introducitur, qvod ſit ἴδιον δεῖπνον, *Propria cœna*, tum ratione *oppoſiti*, qvia non eſt κυριακὸν δεῖπνον; *tum* ratione *principii*, qvia pendet ab *homine*, non θεανθρώπῳ, ſed φιλανθρώπῳ, non *publico Miniſtro*, ſed *Unoqvolibet Privato*, dum Apoſtolus dicit: *Unusqvisq;*: *tum* ratione *motivi*, qvod non erat *Inſtitutio Dominica*, ſed *electio privata*, *propria voluntas*, *propria* cujusq; *libertas*, dum *Corinthii* pro *lubitu* tales *privatas cœnas* inſtituerunt: *tum* ratione *medii*, qvod non erat *verbum Dei*, ſed *verbum hominis*, cujusq; *privati*: *tum* ra-ratione *ſubjecti*, qvod non erat, vel eſſe debebat *Eccleſia Dei*, ſed *domus* cujusq; *propria*, vel *privata*; *tum* ratione *formalis modi*, qvi conſiſtebat in *propria*, *privataq; præſumtione*, variaq;, ſed illicita *commesſatione*, cum *pauperum negligentia*, & *inebriationis abundantia*, conjuncta; *tum* ratione *termini*, qvia *terminabatur* hoc ἴδιον δεῖπνον in *propria peccata*, ſatis *multa*, ſatis *magna*.

7. Par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

7. *Partim ſpecialiter* expônitur, qvod ſitum fuerit hoc ἴδιον δεῖπνον (I) *in propria præſumtione*, προλαμβάνει, dicitur in *græco*: *verbum* hoc *ter* in N. T. reperitur (1) *Marc. XIV. 8.* h. l. & *Galat. VI. 1. ille* locus agit de *præſumtione bona*, *ille* de *media*, *hic* de *mala*; *ille* de *Chriſti* Salvatoris *unctione*, *ille* de *Conviviorum* cum *Cæna Chriſti conjunctione*, *hic* de *mala* contra Chriſtum *prævaricatione*; *ille* de *re typica*, qvia Chriſtus ungebatur in *ſepulturam*, ſicut ipſe teſtatur, *iſte* dicitur de re *periſtatica*, *hic* de *re probibita* &c: Hæc tamen *præſumtio* verè fiebat in *præjudicium*, tum *Cænæ Dominicæ*, tum *Eccleſiæ*, tum *Miniſterii*, tum *proximi*, nim. egenorum fratrum, *tum libertatis Eccleſiaſticæ*, *tum ordinationis* bonæ, tum *ædificationis fructuoſæ* &c: qvæ prolixius exponere nolumus. (2) *in præſumtiva manducatione*, qvia manducabant *non cænam Dominicam*, ſed *propriam*, non *Chriſtianam*, ſed *humanam*, non *publicam*, ſed *privatam*, non in *uſu vero*, ſed in *abuſo maligno* conſtitutam. (3) *in manducationis & bibitionis aberratione*, qvia tunc peccabat hæc *manducatio*, & *bibitio*, tum in *defectu*, tum in *exceſſu*: in *defectu* ratione *proximi*, cumprimis *pauperis*, vel *indigentis*, cui tum *neceſſitatis*, tum *chriſtianæ charitatis*, tum *publicæ boneſtatis*, officia detrahebat, & in *defectu miſerum* & *eſuriontem* ipſum permittebat, & deſerebat: in *exceſſu*, ratione *ſubjecti proprii*, qvia non tantum *ad neceſſitatem*, *voluptatem*, *ſatietatem*, ſed ad ipſam *ebrietatem* convivantes ſeſreplebant.

8. (III) *Cauſam Efficientem*, qvæ non eſt *Chriſtus*, Autor Cænæ Dominicæ Principalis, ad qvem citra dubium Convivæ Sacramentales, etiam in aliis *conviviis*, & *circumſtantiis*, reſpicere debuiſſent, cum ipſe ſit omnium, Divitum & pauperum Convivarum Euchariſticorum, Dominus. (2) Nec *Eccleſia*, cujus itidem nullam habebant rationem, licet in ejus ſit vel *autoritate*, vel *poteſtate*, cuncta, qvoad *circumſtantias*, & *adiaphora*, qvoad ejusmodi pariter *convivia* circa *cænam*, vel ejus *tempus*, *adornari ſolita*: cujus tamen *Conſtitutiones & Conſvetudines*, κτ' τάξιν, κατ' εὐσχημοσύνην, & καθ' οἰκοδομὴν relatas, hi convivantes prorſus negligebant, & cum multitudine ſcandalorum ex oculis ſuis eas removebant. (3) Sed *privatus homo*, *Unusqvisqve*, dicit *Paulus*, nim. *præſumens*, præſumendo *manducans*, manducando ſe turpiter in *actu ſacro*, in *loco ſacro*, in *conventu ſacro*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

cro, contra *generale Dei præceptum, inebrians*: vel *unusqvisq; dives*,
propriam domum habens, v 22. *bona*, vel *divitias poſſidens*, qvæ dant
occaſionem *commeſſandi*, *luxuriandi*, vel *inebriandi*: & ad alios, in-
primis *pauperes*, *negligendos* & *contemnendos*, proclivis, imo nec di-
fficilis ad Eccleſiæ totius *contemtum*, & ad *membrorum* ejus *confu-
ſionem*, qvæ cum aliis nulla certe laude digna videntur, & habentur.

9. Deniq; *Cauſam Finalem* hujus ἰδίȣ δείπνȣ reſpicimus, ſed
propria *Cæna*, tanqvam *abuſus*, finem non habet, cum omnis *finis bo-
ſit*; ad finem tamen, & eventum, referri poteſt (1) ratione *ſubjecti*,
nimia *repletio*, vel *Ebrietas*. (2) ratione *Eccleſiæ*, gravis *Eccleſiæ contem-
tus* (3) ratione *Fratrum egenorum*, Miſerorum *Dei Filiorum*, & *Chri-
ſti Fratrum*, inexcuſabilis *Confuſio*. (4) ratione *Pauli*, vel aliorum *Mi-
niſtrorum*, *Laudis*, & *commendationis omisſio*.

10. Verum *hos*, & *alios* tractandi *modos* dimittimus, & præſentem
ſaltem eligimus tractationem (III) *More Problematico*, qva de cauſa
tantum ex hoc loco, propter *oblatam occaſionem*, hoc ζήτημα no-
tabimus. *Num Chriſtiani fideles ἴδιον δεῖπνον, vel privatam Cœnam,
extra Caſum necesſitatis, poſtulare debeant, aut ordinarie citra neces-
ſitatis Caſum deſiderare qveant?*

11. *Paulus Apoſtolus* in toto noſtro textu *Negativam* ſuis *Co-
rinthiis*, & omnibus *Chriſtianis* indicare videtur. Hic tamen, circa
controverſiæ Statum, nonnulla præmittenda videntur: (1) per κυριακὸν δεῖπνον Ipſam *Cænam Dominicam* intelligendam eſſe, ſicut ex toto
contextu liqvet, inprimis ex *Verbis Inſtitutionis*, immediate noſtro
textui ſubjunctis v. 23. qvod contra multos *Papiſtarũ*, *Jeſuitas Diligen
ſes*, *Eſtium*, & aliosn, otandũ. (2) per δεῖπνον ἴδιον non ipſam *Cænã Do-
minicã*, ſed *convivĩũ* ex *agapis*, & aliis *ferculis*, tempore *Cænæ Dominicæ
loco publico Conventuum Eccleſiaſticorum* inſtitutũ. (3) *Abuſum* autem
varium contra τάξιν *Apoſtolicam*, πρᾶξιν piorum Convivarum *Ec-
cleſiaſticam*, *Charitatem* erga pauperes *Chriſtianam*, *Cænæ Domini-
cæ* debitam εὐταξίαν, &c: ab Apoſtolo fuiſſe reprehenſum, & im-
mediate qvoad *malas conſvetudines Corinthiorum* caſtigatum, atq;
repudiatum. (4) In hoc *abuſu generaliter* etiam alios *malos*, circa
Cænam Dominicam abuſus eſſe notatos, cum hic ex *Profeſſo* doctrina
de Cæna proponatur, ex *Verbis Inſtitutionis fundamentaliter* expo-
natur, ad *Chriſtianam* τάξιν, & πρᾶξιν, adſtringatur, ab omnibus au-

tem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

tem abuſibus nec *Chriſtianis*, nec *honeſtis*, qvales erant *ſuperflua comeſſationes*, *ebrietas*, *neglectus fratrum*, *contemptus Eccleſiæ* &c: ad verum *Chriſtianum uſum* reſtringatur. [5] *Abuſum* etiam *privatæ Communionis*, *extra Caſum neceſitatis* ab, Apoſtulo *multis argumentis* eſſe refutatum.

12. *Paulus* igitur hunc *Privatæ Communionis Abuſum* repudiat I. *Ex proprio titulo*, qvia vocat *Cænam* κυριακὸν δεῖπνον, *Cænam Dominicam*, non δουλικὸν δεῖπνον, vel *ſervilem Cœnam*, qvæ ſecundum *Dominicum inſtitutum*, non juxta *ſervi lubitum*, & *placitum*, ſit adminiſtranda. Certum enim, qvod *cæna* ſit *Domini*, tum *cauſaliter*, qvia non ab *alio*, qvam à *Domino* fuit inſtituta: tum *materialiter*, qvia *Dominus*, non *agnum Paſchalem*, non alia *ſacrificia*, nec etiam alia *fercula*, ſed potius *ſuum corpus*, & *ſangvinem*, nobis *manducandum*, & *bibendum*, exhibet: tum *formaliter*, qvia *Dominus* in hac cæna nobis dicitur omnia: dat einm in cæna *fieri*, dat *eſſe*, dat *opemri*: tum *finaliter*, in *Cæna Dominus* omnia per fidem, nim. *remiſſionem peccatorum*, *juſtitiam*, *ſalutem* & *vitam æternam* confert, & ipſe nobiſcum unitur, & unum fit nobiſcum corpus, unus panis I. Cor. X 17. unus Spiritus c. XII. 13. Sic igitur omnia, juxta τάξιν & πρᾶξιν, *Domini*, qvoad hanc *Cænam* adminiſtrare debemus *Dominus* autem nuſpiam hanc *Cænam uni*, vel *privatim*, ſed potius *Apoſtolis*, *in unum congregatis*, inſtituiſſe, vel diſtribuiſſe perhibetur, ſicut teſtantur *Inſtitutionis verba Matt.* XXVI. *Marc.* XIV. *Luc.* XXII. I *Cor.* X. 23.

13. II. *Ex proprio ſubjecto*, qvod eſt *Eccleſia*, hinc *Paulus* dicit de *Corinthiis*: συνερχομένων ὑμῶν, ubi *geminum* Eccleſiæ κριτήριον, atq; *documentum* invenitur (1) *Pronominis Pluralitas*, qvia dicit ὑμῶν, *Vobis convenientibus*: loqvitur de *plurimis Chriſtianis* ad Convivium ſacræ *Synaxeos*, vel *Cænam Dominicam* concurrentibus: qvod citra dubium reprehendit *unius*, vel *alterius Cænam*: *unius*, non eſt *multorum cœna*. (2) *Participii Pluralitas*, συνερχομένων, *convenientibus* vobis, nim. in *Eccleſiam*, vel *in nomine Domini*, non ad *privatam*, ſed ad *publicam Domini cœnam*. Et in ſeqq. etiam non pauca *plumlitatis* hujus conſpiciuntur *indicia*. Hinc plurima duci poſſunt *argumenta* contra *privatam* ejusmodi *cænam* (1) Qvæcunq; cœna debet eſſe *multorum ordinarie*, non illa dicitur *unius*. Atqvi *Cæna Domini* debet eſſe *multorum ordinariè*. [2] Qvæcunq; *cœna* debet eſſe *conven-*

 tuali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

tu.lis, vel *intra conventus ſacros*, illa non eſt *extraconventualis*, nec *ſumi* debet *extra conventus ſacros* ordinarie: De *Cœna Domini* verum prius: Ergo. (3) Qvæcunq; *cœna* ſumi debet in *conventibus Eccleſiaſticis*, illa non ſumi debet *extra Conventus Eccleſiaſticos*: Atqvi &c:

14. III. *Ex Proprio Objecto*, qvod eſt *Cœna Dominica*; Hæc non aliter conſiderari debet, neq; poteſt, qvam juxta *primam Inſtitutionem*: hoc loco *Paulus* primo notat δεῖπνον; jam ſive reddatur per *Convivium*, ſive per *Cœnam*, ad *multos* reſpicere dicitur, cumprimis qvia δεῖπνον *ſedecim* in *locis N. Teſtamenti* legitur, in *nullo* tamen loco tantum *unius*, ſed potius ſemper *plurium* eſſe dicitur. Et poſito, qvod *Cœna* dari poſſit *ſingularis*, tamen illa *privata* foret, & *privati*, ſed hæc *publica* dicitur, & ipſius *Domini*, qvia κυριακὸν δεῖπνον appellatur. Jam ubi *Dominus eſt*, ubi *Dominus habitat*, ibi qvoq; *cœnam parat*, & ad hanc *Convivas* invitat, ut in *conſpectu Domini*, *præſente Domino*, in *honorem Domini*, vel ad *commemorationem ejus*, *publica cœna* fruantur: Jam autem *Domini domus* eſt *Eccleſia* I. *Tim.* III. 15. & ubi ſuam *præſentiam* promiſit, ubi *memoriam ſui nominis poſuit Exod.* XX. 24. ibi qvoq; *bona* ſua diſtribuit, *Cœnam* ſuam convenientibus convivis, juxta *Paulum*, inſtruit.

15. IV. *Ex Proprio manducandi modo. Convenientibus vobis IN UNUM* jam non eſt *Cœnam Domini manducare. Modus geminus* his verbis oſtenditur, & exponitur; *prior mediatus*, quod ante *convenire* debeant *in unum*, qvam *manducare* velint. Hinc *Paulus*, & hic, & alibi loqvitur in *plurali* numero, non modo reſpectu *Miniſterii*, vel *Miniſtrantiũ Doctorum*, ſed etiã reſpectu *Dominici Convictorii*, vel *Communicantiũ Auditorum*, cum *illorum* reſpectu ſufficiat *unus Conſecrans*; ſed *horum* ratione reqviratur *Eccleſia Communicans*. Nam *Cap. X.* præc. v. 16. ſcribit: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſangvinis Chriſti? Et Panis, qvem frangimus, non participatio corporis Chriſti eſt? Qvoniam unus panis, & unum corpus, MULTI SUMUS. Nam OMNES*, ſcil. convenientes, *de uno pane participamus*. Et Chriſtus hanc nobis promiſſionem dedit: *Ubi duo, vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum Matth. XIIX. 18.* Paſſim etiam *Eccleſiæ conventus ex neceſſitate* qvadam urgentur. Dicitur etiam *Græcis* σύναξις, *Latinis* Communio. *Germanis* zur Communion gehen / qvæ reſpiciunt hoc Apoſtolicum argumen-

OMNES

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

tum, qvod IN UNUM Chriſtiani convenire debeant, ſi *Cœnam Domini* celebrare velint. *Poſterior* eſt, qvod non *extra conventum*, ſed *in conventu*, tanqvam ad *unum corpus* congregati, tanqvam per *unum verbum* copulati, tanqvam *in uno ſpiritu* conſociati, *Cœnam Dominicam* manducare debeant. Secus ſi fiat, *Paulus* expreſſis verbis dicit, qvod *hoc non ſit manducare Dominicā Cœnā*. *Modus* autē hic, *Apoſtolis*, & *Apoſtolicis Eccleſiis* conſvetꝰ, nobis inſtar *formæ*, vel etiam inſtar *normæ*, vel eſt, vel etiam eſſe debet.

16. V. *Ex immediatæ relationis vinculo*, qvia verbis, *Hoc non eſt manducare Cœnam Dominicam*, immediate ſubjungitur, Vox Ἕκαστος, *Unusqvisq;*, qvod certe neutiqvā absq; cauſa factum eſt, ſed oſtēdere voluit Apoſtolus, qvod nihil magis *Dominicæ cœnæ* contrarium ſit, qvam ſi qvisq; vel ex ſtudio *ſingularitatis*, vel *ex arbitrio propriæ voluntatis*, l. *ex abuſu Chriſtanæ libertatis*, vel ex *deſiderio privatæ devotionis*, vel ex *beneplacito peculiaris electionis*, aut *ſelectionis*, vel ex alio qvodam *cauſu*, vel *prætextu*, *Cœnam communem* in *propriam*, *publicam* in *privatam*, *Chriſtianam* in *humanam*. *Dominicam*, qvæ *divinæ conſtitutionis*, in *voluntariam*, qvæ ſit *propriæ volitionis*, *electionis* & *diſpoſitionis*, convertere velit. Κύριος, & Ἕκαστος, h. l. *Paulo* ſunt *Oppoſita*. *Cœna* Κυρίου, non eſt Ἑκάστου, contra pariter, Ἑκάστου *Cœna*, non eſt Κυρίου *Cœna*: conſeqventer *Cœnam Dominicam manducare*, non eſt *Cœnam* Ἑκάστου *manducare*: *Cœnam* etiam Ἑκάστου *manducare*, non eſt *Cœnam Dominicam manducare*. Conſiderent hoc *Separatiſtæ*, qvi citra caſum *extremæ neceſſitatis* ſemetipſos à *Communione Cœnæ Dominicæ* ſeparant, & *uſum* ejus *publicum*, & *genuinum*, in *privatum*, & ab *inſtitutione Domini alienum* commutant.

12. VI. *Ex proprio principio*, qvia jure vocatur *Dominica Cœna*, qvoad *Principium*, qvod, eſt *Chriſtus* Dominus. Eſt autem *Dominica* non tantum (1) ratione *Dominicæ*, vel *Principalis conſtitutionis*, qvia nemo, niſi *Dominus* Ipſe, talem *Cœnam* ex *pane*, ſuoq; *corpore*, vel etiam *vino*, ſuoq; ex *ſangvine* conſtituere potuiſſet. (2) neqve tantum ratione *Dominicæ*, vel *principalis inſtitutionis*, quia ſolus *Chriſtus* hanc *Cœnam* ſuis *Apoſtolis*, & in iis *Eccleſiis Apoſtolicis*, vereqve *Chriſtianis*, inſtituit, prout etiam *Paulus* mox verſ. 23. luculenter ex *Verbis Inſtitutionis* oſtendit. (4) non tantum ratione *principalis diſpenſationis*, qvia ſemper præſens eſt Dominus in actu Cœnæ cum *Miniſtris*, & ſicuti hi *Miniſterialiter*,

 ſic ipſe

ſic ipſe *Principaliter Cœnam* diſpenſat. (5.) Sed etiam ratione *principalis Diſpoſitionis*, qvia *Chriſtus* ſua τάξει & πράξει diſpoſuit, qvomodo *Cœnam* verè *Dominicam* adminiſtrare, reſpectu *Myſtarum Diſtribuentium*, & reſpectu *Convivarum uſurpantium* celebrare debeamus. Hinc *Paulus* verbis, notatu dignisſimis, utitur, qvod aliud ſit ex *Inſtitutione*, & *diſpoſitione Domini Cœnã* uſurpare, qvod vocat, *Cœnam Dominicam manducare*, aliud ſit ex *Inſtitutione* vel *diſpoſitione* propria, qvoad varios *abuſus*, *Cœnam* uſurpare, de qvo pronunciat, *Hoc NON eſt Cœnam Dominicam manducare*.

13. VII. *Ex principii hujus indicio*, qvia *Cœnam* hanc appellat, non *ſacram*, non *Evchariſticam*, non *Chriſti*, vel *Jeſu*, ſed notanter DOMINICAM *Cœnam*. *Dominus* ad *ſervos* reſpicit. Ubi *Dominus*, ibi *ſervi*, cum *ſervi* ſint *Domini correlata*. Hic igitur omnia ſunt *Dominica* (1.) *Dominicus Autor*, qvi *Chriſtus* (2.) *Dominicus principalis Dator*, qvi *non* eſt *alius*. (3.) *Dominicus Diſpenſator*, qvi *Miniſter* eſt, non in *angulo privato*, ſed coram *facie Domini*, ſacra faciens, & *Cœnam Dominicam* diſtribuens. (4.) *Dominicus actus*, qvi non eſt *clandeſtinus* & *privatus*, ſed *manifeſtus* & *publicus*. (5.) *Dominicus locus*, qvi dicitur eſſe *Domus Dei*, vel *Eccleſia I.Tim.III.15.* (6.) *Dominicus Conventus*, qvando nimirum in *Domo Domini* convocantur *Eccleſiæ Cives*, de *Cœna Dominica convivantes*, qua de cauſa *Paulus* in præcedentibus dicebat *Convenientibus vobis.* (7) *Dominicum tempus*, qvia *Dominus* etiam *proprium Cœnæ tempus* intendit, & attendit, ſicut hoc etiam de *Cœna gratiæ* dicitur *Luc.XIV.16.17.* qvod homo, qui paraverat *Cœnam Magnam*, *ſervum* ſuum *hora cœnæ miſerit, invitatis dicere, ut venirent, qvia jam parata ſint omnia.* Nec obſcurius etiam hoc *Paulus* præſenti loco notare videtur, ut *inordinatam temporis negligentiam* reprehendat, qvod alius præſumat ad *manducandum*, & alios non *expectet*, nec exoptet; ſicut etiam graviſſimam admonitionem ſubjungit v.33. Itaqve, *Fratres mei, cum convenitis ad manducandum*, videlicet *Cœnam* Dominicam, *invicem expectate. Si quis eſurit, Domi manducet, UT NON IN JUDICIUM CONVENIATIS.* Quot hic legimus *verba*, tot etiam notabilia *Dominicæ Cœnæ* reperiuntur *indicia*. Sed in *privata communicandi conſvetudine* talia deficiunt *indicia*. Non adeſt ibidem (1.) *Indicium Domini*, *Cœnam in Eccleſiaſtico conventu* primum inſtituentis, & hujus inſtitutionis obſervationem requirentis: *Hoc facite*

te.(2.) *Indicium* δείπνȣ, vel *convivii*, qvod eſt *multorum*, non *unius*, qvod ſupra demonſtratum (3.) *Indicium modi*, qvod eſt *in unum convenire*, v.20 33. & reqviritur in praxi Chriſti, qui ſuos Apoſtolos in unum convocavit. (3.) Indicium proprii: qvia *Domini* non eſt, ad *ſervos* accedere, *cœnam* ſuam *ſervis* modo hic, modo alibi latentibus, offerre. Tantum, idq́ve *publicum Epulum* ad qvaslibet *privatas ædes*, & *ſedes*, vel etiam *angulos* deferre, vel etiam qvocunqve *tempore ſervis* id placuerit, ſe *paratum* ipſis exhibere, &c: ſed potius in *Domo Dominica cœnam* parare, *convivas* ad eam *bora Cœnæ* vocare, *loco publico*, *tempore publico*, in *conventu* vel *convivio publico*, fercula parata in menſam collocare (qva de cauſa qvoq; *Cœna*, *Menſa Domini* Paulo ex *I.Cor.X.21.* nuncupatur, qvia publice in *Domo Domini*, in *menſa Domini* paratur, & ad *manducandum* & *bibendum* communicatur) & in *hac menſa Domini* Convivæ Sacramentales *Cœnam manducare* tenentur &c. In *privata Communione* hæc omnia ſunt inverſa. Non *ſervus* ad *Dominum* accedit, ſed *Dominus* ad *ſervum* venire neceſſum habet, *Dominus* non in *ſua Domo*, ſed in *ſervi nido* cœnam portare debet; *ſervus tempus*, *locum* præſcribit, & *omnia diſponit*, *Dominus* hic nihil *diſponere* poteſt: Hæc vere *Reformata*, vel potius *Deformata Domini Cœna*, cum in hoc abuſu nihil *Domino* concedatur, & relinqvatur!

14. IIX. *Ex abuſus hujus Proprio*, quia dicitur ἴδιον δεῖπνον, *propria cœna*, Vulgatus reddidit, *SUAM COENAM*: jam ſuperius demonſtratum, qvod δεῖπνον, non ſit *unius*, ſed *multorum*, juxta loqvendi morem, in Nov. Teſt. viris Apoſtolicis uſitatum, cum ſemper alibi de totius conventus *Cœna*, vel *convivio*, reperiatur: ἴδιον verò cum dicitur, *partim* à *Cœna Dominica* ſejungitur, *partim* eidem *opponitur*, *partim Domino* adimitur; *partim nudo homino* tribuitur; *partim unitati*, tum *Eccleſiaſticæ*, tum *ſpirituali* contradiſtingvitur; *partim* variis *abuſibus* ſubmittitur; *partim* cum *Eccleſiæ contemtu*, *fratrumq́; neglectu* conjuncta dicitur; *partim* nullius fructus deprehenditur, *partim* omni *laude* vel *Apoſtolica*, vel *Miniſteriali*, prorſus indignum dicitur, *partim* ab *Inſtitutionis verbis* alienum deprehenditur; *partim judicio* v.33. *ſupplicioq́;* divino v. 30. ſubjicitur, & multis aliis modis hic ab *Apoſtolo* reprehenditur. *Præterea* notandum eſt, qvod ſimpliciter δεῖπνον ἴδιον dicatur (1) ratione *propriæ inventionis*, qvia talis

 privata

privata Communio non eſt à *Chriſto*, ſed ab *homine nudo*. (2.) ratione *propriæ voluntatis*, qvia ſuæ *voluntatis placitũ* ſeqvuntur illi, qui *metamorphoſin* hanc inſtituere volunt, *publicamq́; cœnã* in *privatam* convertunt. (3.) ratione *propriæ libertatis*, qvia ſuam *libertatem*, & *Dominicæ Inſtitutioni*, & *Eccleſiaſticæ conſvetudini*, conſeqventer etiam *Eccleſiaſticæ libertati* perperam opponunt. (4) ratione *propriæ autoritatis*, qvia nec ex *autoritate Dominica*, nec ex *Apoſtolica*, nec ex *Eccleſiaſtica*, ſed ex *autoritate propria* privatã *communionẽ* expetunt, quæ tamen non eſt κυριακὸν, ſed ἴδιον δεῖπνον non κοινοποιΐα, ſed ἰδιοποιΐα, imo *Communio Non-communio*. (4.) ratione *propriæ præſumtionis*, ſicut h. l. dicit Apoſtolus, qvod *Unusqvisqve* privatus *SUAM Cœnam præſumat ad manducandum:* ſic & multis, vel etiam omnibus reſpectibus Privata Cœna vocatur, cum nihil *laude* dignum, in eadem Apoſtolus reperire videatur.

15. IX. *Ex præſumtionis vitio*. Licet enim Apoſtolus hic magis de *præſumtione naturali*, vel *externa loqvi* videatur, *ad manducandum*; tamen *præſumtionem moralem* non excludit, nec prorſus eam omittit, quia talis erat *præſumtio*, qvæ cum *neglectu Pauperis indigentis*, & *eſurientis*, ſimulqve cum *exceſſu præſumentis*, & ex *præſumtione manducantis* atqve *bibentis*, ad *ebrietatem* usqve fiebat. *Præſumtio* verò, qva qvis adverſus *inſtitutionem Chriſti Cœnam* extra *congregationem Eccleſiæ*, cum multis *illicitis circumſtantiis* ſibi *privatim* poſtulat, vel *æqvalis*, vel *majoris præſumtionis*, aut etiam *prævaricationis* eſſe videtur, dum ex *Communione Non-Communionem* facit.

16. X. *Ex Proprio Cœnæ loco*, qvia *Paulus* hic manifeſtè diſtingvit inter *domum privatam* & *publicam*, inter *domum hominis*, & *Dei*: *Nunqvid domos*, vid. veſtras, aut privatas, *non habetis ad manducandum?* Cœnam *humanam* domibus *humanis*, Cœnam *Dominicam* Domo *Domini* tribuit: & ſicut *abuſum* reprehenſione digniſſimum inferebat, *cœnam humanam* in *Domo Domini* ſumere, ſic majorem infert *abuſum*, *Cœnam Dominicam* ad *Domos humanas* trahere. Hæc mera *confuſio* contra *I. Cor. XIV.* 33.

17. XI. *Ex Eccleſiæ Dei contemtu*: Pergit Apoſtolus: *Aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Graviſſimus erat *abuſus*, *Eccleſiæq́;* Dei *contemtus*, Eidem *privata*, vel *aliena* perperam obtrudere, cœnamqve

qve *privatam* in *Eccleſiæ conventu publico* contra *decorum* inſtitu-re: ſic longe gravior *contemtus* eſt, *ea*, qvæ *Dei* ſunt, vel *Eccleſiæ*, ſeu *Conventus communis*, Eccleſiæ ſurripere, ſuisq; *privatis ædibus*, aut aliis *locis non Eccleſiaſticis* conferre.

18. XII. *Ex confuſionis malo*: Si *Corinthiis* vitio vertebatur, qvod aliqvos *Eccleſiæ cives*, & qvidem ſolos *pauperes confundere*, ruboreq; ſuffundere voluerint: ſeqvitur, qvod multo magis vitio ſit vertendum illis, qvi *cunctos Chriſtianos* in *unum convenientes*, *confundunt*, & neſcio ex qvo vel *ſupercilio*, vel alio qvodam *affectu maligno*, cum aliis Chriſtianis *Cœnam Domini* coram *facie Domini*, in *conſpectu SS. Angelorum*, in *Concilio Fidelium*, & Sacram *Synaxin* accedere nolunt, ſed contra τάξιν & πρᾶξιν Chriſti *Salvatoris*, *Apoſtolorum*, & omnium *Eccleſiarum*, bene conſtitutarum, *Communionem Sanctorum* deſerere, & ad *privata latibula publicam* Chriſti *Cœnam* traducere contendunt.

19. XIII. *Ex laudis defectu*. Ubi laus *recedit*, *ibi reprehenſio* ſuccedit. *Uſus habet laudem*, *Crimen abuſus habet*. *Abuſus* autem omnis à *Cœna Dominica* ſemper exulare debet. Et ſi *Paulus* hodie ſuam ſcriberet *Epiſtolam*, longe gravius eos, qvi *Privata Communione*, *Chriſto*, *Sacræ Cœnæ*, *ſibimetipſis*, *Gloriam publicam*, ex vana *ſuperbia*, vel alio *carnali* deſiderio detraherent, *Apoſtolica cenſura* premeret.

20. XIV. *Ex Proprio Cœnæ Fundamento*, qvod in *verbis Inſtitutionis Paulus* allegat, ex qvo plurima, contra *Privatam Communionem*, argumenta deduci poſſent: ſed cum pagellæ præſcriptæ hanc *deductionem* non capiant, *alii* hæc *occaſioni* reſervanda.

21. XV. *Ex proprio numero*, qvia *Paulus* ſemper loqvitur in *plurali numero*, ſicut ex toto contextu manifeſtum, adeoq; manifeſtis verbis ſæpius indicat, qvod ratione *finis*, ratione *autoris*, ratione *materiæ*, & *formæ*, cunctisq; *reſpectibus aliis*, hæc *Cœna nomen & ommen*, habeat, vereq; ſit *Commune bonum*, κοινόν qvid, nec in *privatam Cœnam* commutanda ſit.

22. XVI. *Ex proprio Cœnæ reqviſito*, qvia reqvirit *Paulus*, ut in tali *communi conventu Eccleſiaſtico* conjunctis *cordibus*, & *lingvis*, *Domini mortẽ annunciemus*: qvod *privatim* fieri neq; poteſt, neq; debet, qvoad hunc *actum ſacramentalem communem*.

23. XVII. *Ab indignæ manducationis & bibitionis metu*: ſi Chriſti, vel etiam *Eccleſiæ conſvetudines*, ἢ τάξεις & πράξεις muta-

mus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482

mus metuendum eſt, facile fieri poſſe, ut vel apud omnes, vel apud pleiosq; promoveatur, artib. Diaboli vaferrimis, *indigna mãducatio*.

24. XIIX. *A graviſſimo reatu* : nam qvi vera *fide corpus*, & *angvinem Domini* non manducant, & bibunt, illi *rei* dicuntur fieri *ſcorporis*, & *ſangvinis Domini* : *Fides* autem *verbo* nititur. *Privata talis*, & *ſolitaria Communio*, vel potius *Non-communio* neqve *verbo præceptionis*, neqve *verbo promiſſionis* gaudet, ſolo vero *ſingularitatis* ſtudio nititur, adeoqve potius ἐθελοθρησκείας, qvam veræ πίςεως dicitur.

25. XIX. *Ex Probationis defectu*, qvia tale *privatum Communionis poſtulatum* cum *defectu probationis* videtur conjunctum: nam ſi *talis peccator* recte *peccatorum* ſuorum *turpitudinem* & *multitudinem*, hujusqve *theſauri magnitudinem* & *celſitudinem*, ponderaret, & ſuam *imbecillitatē* conſideraret, & *precum in Eccleſia conjunctarum utilitatem*, ac *efficaciam*, perſpectam haberet, nullam *privatam Euchariſtiam* expeteret, ſed *manibus pedibusq;*, ſi fieri non poſſet aliter, ad *Eccleſiam* reperet, ut ibidem *religioſè*, juxta Salvatoris inſtitutionem, *Cœnam* verè *Dominicam* acciperet.

26. XX. *Ex dijudicationis debitæ neglectu*. Non conſiderat, nec æſtimat *Corpus* & *Sangvinem Domini*, qvi κοινὸν δεῖπνον in δεῖπνον ἴδιον commutat.

27. XXI. Urgere poſſemus qvoq; *divinûm judicium* v.29. *divinum ſupplicium* v. 30. *damnationis periculum* v.32. *Paulinum conſilium* v.33. *repetitnm cænæ publicæ, & privatæ divortium* v.34. ſed finita chartarum anguſtia vela contrahere jubet.

28. Hæc tamen omnia nihil *patrocinii Calvinianis* illis afferunt, qvi *Cœnam* etiam in *extremæ neceſſitatis caſu* deſiderantibus *ægrotis* extra *domum* Domini denegant: nec ullum vel *dubium*, vel *conſcientiæ ſcrupulum*, in *extremæ neceſſitatis caſu conſtitutis*, movere debent, cum *neceſſitatis* ratio *leges ordinarias* ſervare non concedat: & ubi DE*us* ipſe certam *exceptionem* à *regula* facit, ibidem à *regula* recedere permittit: D*eus omnis Gratiæ SS. hunc Theſaurnm* Eccleſ*iæ ſuæ cuſtodiat, & ab erroribus verum ac integrum, omnibus abuſibus Sanctum, & ab reprehenſione à quavis purum nobis concedat propter Chriſtum Jeſum* Μεσίτην

καὶ ἱκέτην *noſtrum!*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-283 4° 1482